



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reveren-||dissimi In Chri-||sto Patris Et Domini, Domi||ni
Hermanni sanctæ Colonien[sis]. ecclesiæ Archiepiscopi,
Principis || Electoris, Westphaliæ & Angariæ Ducis &c.
Iurisdictio-||nis ...**

Hermann <V., Köln, Erzbischof>

Coloniæ, 1529

VD16 ZV 26551

De Latoribus literarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30917

STATUTA

huiusmodi status siue conditionis homines fecerit, de quarum qualibet in ciuitate nostra habebit duos solidos monetæ Colonienfis, extra vero eandem fienda, ad vnus miliaris ab ipsa ciuitate distantiam, similiter duos solidos recipiet.

V. Volumus quod quilibet Nouitius in dicta Curia nostra ad aliquod officiorum assumptus, postquam fidelitatis iuramentum more consueto præstiterit, pro introitu Apparitori Curie nre duos florenos aureos intra quindenā ingressus soluet, aut sese super eo iure cū Apparitore cōponet. Vicissim aut Curfor singulis diebus vespere post octauam horam pomeridianam, candelam ardentem ante imaginem gloriosæ virginis Mariæ ante Aulam nostram constitutam, collocabit & ponet.

VI. Omnia passim arresta & quaslibet inhibitiones, de scitu tamen & expresso consensu nostri Officialis passim in ciuitate nostra facere potest & debet, & de quolibet arresto octo solidos, & qualibet inhibitione duodecim solidos, sed extra eandem ciuitatem intra vnus miliaris spacium, decem & sex recipiet solidos consimiles monetæ Colonienfis. Vicissim vero congeriem prunarum in loco Sigilliferi nostri ad necessitatem eiusdem & causa liquefaciendæ caræ per tempus Brumale disponet.

VII. Præterea causis & examini partium, quæ sese super matrimonio cōtracto coram Officiali seu eius delegato impetunt aut impetere volunt intererit & pro iure suo tantum solidū cum dimidio recipiet.

VIII. In habitu decenti pro dicti nostri Consistorij honore incedere debeat.

DE LATORIBVS

I. Sint quatuor numero literarum latores iurati, qui iurent se cundum formam antiquam, aut aliam eis præfigendam.

II. Fideliter & absque mora deferant & præsentent literas exequendas, & executas reportent.

III. Exhibeant sese morigeros, non autem insolentes, nec quicquam recipiant

HERMANNI

cipiant, quo minus mandata exequenda præsentent. Quod si favore aut pecunia corrupti, mandata penes se retinuerint, aut non executi reportauerint, absque causa legitima, officio priuabuntur, & punientur poena decem florenorum aureorum, toties, &c.

III. Deferent arma domini Reuerendissimi, nedum in diocesi, verum etiam in ciuitate nostra Colonienſi ac seruent Reſas ſuas (vt vocant) vicissim.

V. Deputabitur etiam aliquis nobis iuratus, legalis & fidelis, in magistrum nunciorum seu latorum, qui & nullus alter, omnia mandata emittenda & exequenda, à nostris Fiscalibus & Bancalibus recipiet, & latoribus deferenda tradet, Exhibuntq; latores cum mandatis, die eiſdem per dictum magistrum nunciorum de consensu Subſigilliferi præfigendo, & reuertentur in termino ſimiliter eiſdem iuxta diſtantiã locorum & Reſe assignando, ſub poena vnius floreni aurei.

VI. Magister autem nunciorum, per latores mittendos, Fſcales & Bancales faciet certiores diei, cum ipſi latores cum mandatis egredientur.

VII. Idem dabit latoribus literarum vna cum mandatis chartam quandam papyream, in capite cuius hæc uel eiſ ſimilia verba, ad mandatorum executorum (qui erunt ex hac ordinatione noſtra noua, paſtores ipſi, aut eorum vicecurati, & nulli aliq) ſcribet. Honorabiles domini diuinorum rectores, & mandatorum executores, Exhortor vos, ut in hanc chartam, diem aduentus præſentium literarum latoris ad vos, & quot numero mandata exequenda vobis præſentauerit, & quot ex eiſde executi ſitis, necne, reſcribatis. Executor autem reſcribet hac forma, Tali die. N. tot. N. mandata, mihi. N. dominorum rectori, N. exequenda præſentauit. Quorum tot. N. ſum executus. Cauſam vero non executorum mandatorum, in marginibus mandatorum ſcripto ſignificabit.

GENERALE

In Conſiſtorio noſtro ſuſpenderetur tabula ſcripta, continens ſalarium Procuratorum, Notariorum, Audientiarj, Bancalium, literarum latorum, pro vnoquoq; mandato. Et quilibet eorum iurabit contenta illius ſeruare velle, nec vltra illam taxationem exigere vel recipere, ſub poena priuationis officiorum ſuorum præſumant.

D ij De proſ